xp̄s mortuus est. ⁊ resurrexit. ut viuorum
⁊ mortuoꝝ dn̄etur. nec tenebit eum regnū
mortis. ꝑ quo mortuꝰ ē liber ille in mortuis.

Omnia igitur precepta di CXXXI
uina referūtur ad caritatē de qua dic̄
apostolus. Finis aūt p̄cepti caritas de cor
de puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide non ficta.
Omnis itaq; precepti finis est caritas. id ē
ad caritatem refertur omē preceptū. Quod
vero ita fit uł timore pene uł aliq̄ intēcōne
carnali ut nō referatur ad illā caritatē quā
diffundit spūs scūs ī cordibꝰ nr̄is. nō dū fit
quēadmodꝰ fieri oꝫ. q̄uis fieri videatur. Ca
ritas q̄ppe ista dei ē ⁊ ꝓximi. ⁊ vtiq; in hijs
duobꝰ p̄ceptis tō lex pendꝫ ⁊ prophe. Adde
euāgeliū. adde aplōs. nō ei aliūde vox ista ē
Finis p̄cepti caritas ē. ⁊ deꝰ caritas ē. Que
cūq; ḡ mādat deus ex q̄bꝰ vnū ē. Nō mecha
beis. ⁊ q̄cunq; nō iubētur. ꝫ spūali ꝯsilio mo
nent̄. ex q̄bꝰ vnū ē. bonꝫ ē hoī nō tāgē mulie
rē. tc̄ rcē fiūt cū referūtur ad diligendꝰ deū ⁊
ꝓximū ꝓꝑ t̄ deū. ⁊ ī hoc seculo ⁊ in futuro. nc̄
deū ꝑ fidē. tunc ꝑ speciem. ⁊ ipsum proximū
nūc per fidem. Nō enī scimus mortales cor
da mortaliū. Tunc autē illuīnabit dn̄s ab
scondita tenebraꝝ ⁊ manifestabit cogita
cōnes cordis. ⁊ tūc laus eīt vnicuiq; a dn̄o.

qꝛid laudabitur ⁊ diligetur a ꝓximo in pro
ximū. qđ ne lateat ab ipō illuīatur deo. Mi
nuetur aūt cupiditas caritate crescente. do
nec veniat hic ad tantā magnitudinē qua
maior esse non possit. Maiorez enī caritatē
nemo hz quā ut animā suā quis ponat pro
amicis suis. Ibi aūt quis explicet quanta
erit caritas. vbi cupiditas. quā vel coher
cendo superet nulla erit. quoniā sūma saītas
erit qñ cōtentio mortis nulla erit. Cxxxii

Sed sit aliqñ huius voluminis finis.
qđ ipē vides vtrum encheridion ap
pellaē debeas vel hr̄e. Ego aūt cū spernēda
tua in xpō studia nō putarē de te boñ credēs
in adiutorio redēptoris nr̄i ꝯfidens ac spe
rans. te qꝫ in mēbris eius plurimū diligēs.
librū ad te sicut valui vtinā tam cōmodum
q̄ ꝓlixum de. Fide. Spe. Caritate conscripsi.
Vale.

Explicit liber Encheridion beati Augustini.
Conscriptus ad Laurentium primicerium
ecclesie vrbice.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF


Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19